Quelle:
Copyright:

ad apocrypha rejectus. S. Hieronymus in mox dicto Pro-
logo + ~~orationem Manassis scriptam fuisse in sermonib.
regum Israel, et in sermonib. Hozai Prophetae, tes-
tatur locus 2. Paralip. 33, 18. 19. Ea vero, quae hodie
legis illius nomine exstat versio Paralipomenon uno
veluti tenore subjicitur ab Auctore Constitut. Apostoli-
corum II. 22. atque fatente Cotelerio fictitia est ac
extra Canonem libr. divinor. collocata. Ex antiquis eam
plures genuinam habuere, quos vid. apud Fabric. Bi-
blioth. graec. lib. 3. c. 29. Graecos etiamnum hodie
inter alia cantica hac Manassis oratione uti, nota-
vit Leo Allatius de libb. eccles. graec. p. 62. Qui vero
affirmarunt, eam nec graece nec hebraice reperiri, ut ait
Tambell. coment. Bibl. lib. 3. p. 37. et 229.
Bonfrer. p. 14. Dupin in Proleg. Bibl. Constit. Apost.
lic. p. 17. Labbei concil. T. I. Paris 1671. Cotelerii
Patr. Apost. Biblia Rob. Stephani 1540. Waltoni Poly-
glott~~ + in Esdram et Nehem. Utrum difficilius inter
alia ait: "Nec quemquam moveat, quod unus a nobis
"editus est, nec Apocryphorum tertii et quartii somni-
"is delectetur, quia et apud Hebraeos Esdrae Neemiaque
"sermones in unum volumen coarctantur, et quae non ha-
"bentur apud illos, — — sunt procul abjicienda." Ex
his patet, librum 1. et 2. Esdrae uno conclusum fuis-
se volumine jam ab Hebraeis, uti et in codice nostro.
Librum vero tertium (: qui codici nostro secundus:) esse
apocryphum, et ab alio quam Hieronymo translatum.
Isidorus Hispal. VI. 2. orig. vocat eum (: sicut codex
noster:) librum secundum, negans eum apud Hebraeos ha-
beri; sed Joh. Morino p. 225. Exercit. Bibl. ex hebrai-
co translatus videtur. Graece exstare negarunt viri
nonnulli docti, quia deest in nonnullis Bibliorum
editionib. In plerisque vero exstat, et in Polyglottis
Parisiens. et Londin. legitur graece, Syriace, ac lati-
ne. Quis eum Latio donaverit, cum nulla suppe-
tunt argumenta, dignosci nequit; sed diu ante Hieron.
tempora latine lectitatum constat e Tertulliano,
Cypriano, Ambrosio et aliis.
Hunc 3tium Esdrae librum exhibet Sabatier Bibl.
suorum Tom. 3. p. 1041. duplici columna, quarum
una versionem vulgatam, altera versionem alteram
nempe ex Codice Colbertino, uti docet praefatio, con-
tinet. Codex noster versionem vulgatam sequitur,
exceptis quibusdam variantib., sed nullius momenti